



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 10. Regina per Lansacum Romam ablegatum coram Pontifice se se
excusans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI
A.C. 1562.

adjectis tamen hisce conditionibus. I. Hujus edicti confirmationem Senatus duntaxat Regi obtemperandi studio, ac temporis necessitati cedendi animo admittit. II. Hæc submissio nequaquam approbationis loco habeatur. III. Hoc denique edictum duntaxat vim suam tamdiu obtineat, donec Rex aliter decreverit. Verum Divionensis Senatus nullo pacto ad confirmandum hoc editum adiigi poterat: ceteræ vero Curiæ, ad Parisiensis Senatus exemplum, illud pluribus clausulis restringebant.

§. X.

Regina per Lansacum Roman ablegatum coram Pontifice sese excusans.

Instruc. & Rois sur le Concil. de Trente 1613. p. 62. & seq. Mem. pour le Concil. de Trente Paris 1654. p. 136. & suiv. **C**um nimia hæc Aulæ Gallicæ indulgentia, qua hæreticis cedebat, summum Pontificem æqua indignatione commoveret, Regina Franciæ Administratrix verita, ne Papa hujus editi indignitate exacerbatus animum suum penitus ab ea averteret, Ludovico Sanguis Gelasio Lansaco negotium dedit, ut Romam profectus suam Insulano, qui jam ibidem agebat, operam jungeret, & summo Pontifici hæc exponeret: aud parum Franciæ, ac Navarræ, Regem Reginæ Avunculum affigit sinistra

„nistra opinio, qua illos Sanctitas sua
 „hæreticis propensos esse autumat, cum Sæc. XVI.
 „tamen ambo polliceantur, se nihil in- A.C. 1562.
 „tentatum relicturos, ut hæresis Regno
 „eliminetur, cui negotio jamjam, præ-
 „cipue vero Galliarum Rex operam
 „suam impendit, indulgentia tamen
 „ad tempus esse utendum existimat,
 „ne malo, dum remedium paratur,
 „aucto ad interiores Regni ditiones
 „fuscitetur bellum eo magis funestum,
 „quo difficilius calamitates inde exortæ
 „sopiri poterunt: de cetero ipsamet Re-
 gina immotum venerationis, ac debitæ
 obedientiæ studium erga Sanctitatem
 vestram profitetur.,, Insuper eadem
 Regni administratrix Lansaco injunge-
 bat, ut hæc Pontifici significaret: „quam-
 vis facultates Cardinali Ferrariensi
 „Pontificio in Francia Legato concessæ
 „adversentur illis omnibus, quæ ex
 „Parisienis Curiæ sententia in Aure-
 „lianensibus Ordinum comitiis fuere
 „decreta: nihilominus Rex propter ob-
 „sequendi studium, quo Sanctitatem
 „vestram, cunctaque ejus mandata re-
 „veretur, biduo abhinc præfatas Le-
 „gati facultates recipi, ac confirmari
 „jussit.,, Denique in Lansaci mandato
 addita fuere quædam monita circa An-
 natas in Galliis abolitas, quem Gallo-
 rum ausum Pontifex ægerrime ferebat,

Sæcul. XVI. insuper Lansacus agere jubebatur de
A. C. 1562. indulto, quod Papa restringere voluit,
 quamvis id Caroli IX. Prædecessores
 absque limitatione obtinuissent. Ac-
 ceptis itaque hisce mandatis Lansacus
 e Galliis discedens die decima septima
 Februarii Röمام pervenit, die decima
 nona ejusdem Mensis ad Pontificis allo-
 quium admissus.

§. XI.

*Papæ responsum ad Reginæ Matris
Legatum.*

Instrukt. I. Hisce Regis rationibus Papa nonnihil
pag. 72. placatus videbatur: hæc tamen
Mem. I.c. Lansaco proponebat: „Nullum non movi
p. 153. „lapidem, atque etiam Sacræ Sedis
 „Apostolicæ dignitati haud parum de-
 „rogare non dubitavi, ut Germaniæ
 „Protestantes ad Concilium allicerem,
 „quam ob rem omnem, quam petere
 „possunt, securitatem illis æque, ac
 „Franciæ Protestantibus procurare pa-
 „ratus sum: iniquum tamen reputo,
 „quod Synodus perversis eorum ma-
 „chinationibus cedat: quapropter e-
 „tiamsi Tridentum venire recusaverint,
 „Synodus tamen ea, quæ jamjam fe-
 „liciter incœpit, pari studio proseque-
 „tur: ad illam quoque Imperator, &
 „Hispaniæ Rex jam suos ablegarunt
 „Episcopos, & desiderantur duntaxat

Fran-